

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10; ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 $\frac{1}{2}$.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aquissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem.

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES
LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN GALLIA

Rue Victor Hugo, 5

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSIONAT. OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w 95th St.

RUE CASSETTE, II.

IN CANADA ET NEWFOUNDLAND

Apud
NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

RUE DE METZ, II.

BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

IN HUNGARIA

Apud
C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

RERUM INDEX

MONITUM	v. u.
NOVA RATIO INSTITUENDI LATINE PUEROS	H. D. V. Pieralice.
DE TRANSVAALIANO BELLO ANGLICUM VERBUM	H. A. Strong.
De Velleio PATERCULO DEQUE NOVA EIUS OPERIS EDITIONE CURANTE R. ELLIS	F. Ramorino.
POPULARE BAVARORUM THEATRUM	I. Antonelli.
De CAVENDO VAPORITRAHARUM OCCURSU	M. L.
MORS	Fr. X. Reuss.
QUI FUERUNT...	Senior.
SERICA FILA EX ARANEIS	X.
ANDREAE ORCAGNA TABULA «MORTIS TRIUMPHUM» REFERENS	Laelius.
De SOLEMNIBUS ANNUIS APUD HELVETIOS ET CELTAS	G. P.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATITUDE	P. Angelini.
DE MORBIS NIMIO STUDIO ADOLESCENTIBUS PARTIS	R. Spina.
QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE - III. De cuiusdam fragmenti lapidei interpretatione	Forfex
ANNALES	Poplicola
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	H. P. - I. A.
AENIGMATA	M. Rabadan.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM

VARIA: Singularis inter astra mundus - Bellum inter homines et Nilum -

Ius ad ebrietatem - Horologium giganteum - De vaccarum piscatione

Viator.

P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

LIBRI ET COMMENTARI RECENS DONO ACCEPTI

Le Egloghe Pescherecce di Iacopo Sannazzaro e altre poesie latine dei secoli XV e XVI recate in versi italiani da LUIGI GRILLI. - Edidit S. Lapi in Civitate Castri, 1899.

LUIGI VIGNA. Sant'Anselmo filosofo. - Mediolani, ex off. Cogliati, 1889.

PIETRO PAROLI. De Tibulli arte metrica cum Lygdamo comparata. - Brixiae, apud Angelum Canossi, MDCCCIC.

DOTT. ETTORE GHISLANZONI. Sugli epigrammi di Asclepiade da Samo. - Romae, ex praelis H. Voghera, 1899.

EMILIO CHIARINI. La voce del pastore nelle domeniche dell'anno. - Senis, ex off. S. Bernardini, 1899.

FEDERICO BALSIMELLI. Compendio di storia della Chiesa. - Opus tertio renovatum et auctum Romae ediderunt Desclée, Lefebvre et Socii, 1900.

CATHREIN S. I. Il socialismo. Suo valore teoretico e pratico. - Editio II, cura Fr. Bocca, Augustae Taurinorum.

Monumenta palaeographica sacra. Atlante paleografico artistico composto sui manoscritti esposti nel 1898 in Torino alla mostra d'arte sacra, pubblicato dalla R. Deputazione di storia patria delle Antiche Province e della Lombardia per cura di FR. CARTA,

CARLO CIPOLLA e CARLO FRATI (120 tavole in fol. con testo esplicativo). SPECIMEN, ex off. Fr. Bocca, Augustae Taurinorum.

ALAFRIDUS BARTOLI. Silvae. - Carmina latina, edita Pistoriae ex off. Ios. Flori, 1899.

GUSTAVO UZIELLI. Misure linearie medioevali e l'effigie di Cristo. - Florentiae, edidit B. Seeber, 1899.

L. GUILLAUME. Une introduction à l'« Adam de St-Victor » de M. l'Abbé Legrain. - Romae, Lutetiae Parisiorum et Bruxellis ediderunt Desclée, De Brouwer et Socii, 1899.

Canzoni di ANTONIO DELLA PORTA. - Edidit Romae Societas Dantis Aligherii, 1899.

Il medico di sè stesso. Consigli pratici ad uso dei sani e degli ammalati, pubblicati a cura della officina chimica dell'Aquila. - Mediolani, 1899.

Strenna delle Missioni Cattoliche, 1900. - Mediolani, ex off. Pont. S. Iosephi, 1899.

F. A. BROCKAUS' Katalog Ausgewählter Werke der italienischen Litteratur. - Lipsiae, 1899.

Bollettino trimestrale della Società di S. Giovanni Evangelista, Desclée, Lefebvre e C., n. 27.

L. F. COGLIATI. - Catalogo delle proprie edizioni, - Mediolani, 1899.

L'amico della gioventù. Singulis hebdomadis prodit. Veronae.

L'amico del popolo. Bis in mense editur Romae.

Atene e Roma. Commentarius cura Italae Societatis ad litterarum studia vulganda editus. Florentiae-Romae.

L'Ateneo. De litteris et bonis artibus commentarius. Singulis hebdomadis prodit. Florentiae.

Bessarione. Recensio periodica studiorum orientalium. Romae.

Bollettino del museo civico di Padova.

Cosmos Catholicus. Novissimus commentarius menstruus, qui Romae prodit ex officina Vaticana.

La Croce. Singulis hebdomadis prodit. Neapoli.

Divus Thomas. Commentarium inserviens Academis et Lyceis scholasticam doctrinam sectantibus. Placentiae.

Emporium. Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.

Ephemerides Liturgicae. Singulis mensibus Romae prodeunt cura Congr. Vincentianae.

Esperia. Litterarum recensio. Casertae.

Giornale Arcadiaco di scienze, lettere ed arti. Romae.

La Madonna dei bambini. Catinae.

Il Marzocco. De litteris et artibus commentarius. Florentiae.

Minerva. Recensionum recensio, moderatore Friderico Garlanda. Romae.

Singulis dominicis diebus prodit, scripta maximi momenti, quae sive in praecipuis commentariis, sive in libris vulgaribus, accuratissime referens.

Nuntius Romanus. Romae.

L'Oriente Serafico. Commentarius editus cura fr. Minorum S. Mariae Angelorum ad Assisi.

L'Osservatore Cattolico. Diarium Mediolanense.

Rivista d'Italia. Semel in mense prodit. Romae.

Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie. Semel in mense prodit. Romae.

Praeter scripta maximi momenti videre in hoc commentario placet librorum commentariorumque recensionem maxime copiosam.

Rivista politica e letteraria. Semel in mense prodit. Romae.

Singulare in commentario hoc id habetur, scripta omnia designari, que in praecipuis totius orbis ephemeralibus scitu digna videntur.

Il Santuario di Caravaggio. Caravaggio ad Bergomum.

La scuola secondaria italiana. Singulis hebdomadis prodit. Mediolan.

Valle di Pompei. Commentarius editus ad solamen puerorum, qui, cum parentes habeant in vincula coniectos, hospitio ad Pompeios accepti sunt.

La vera Roma. Singulis hebdomadis prodit. Romae.

Vita Nova. Ephemeris, cura Societatis iuvenum athenaeorum studiorum vacantium. Neapoli.

Vittoria Colonna. Commentarius ad Italas mulieres. Bis in mense prodit. Neapoli.

La Ricerca. Commentarius; bis in mense prodit. Tergeste.

Die Nation. Semel in hebdomada vulgatur. Berolini.

Studien und Mittheilungen. Reigen.

Obnova. V. Hradci Králové.

Vlast. V. Praze.

Bulletin Bibliographique internat. Bruxelles. Revue Bibliographique Belge. Bruxelles. Revue Neo-Scolastique. Lovanii.

Boletín-Revista de la juventud católica de Valencia. La Crux. Madriti.

El Eco Franciscano. Santiago.

Revista Católica de las cuestiones sociales. Madriti.

Revista crítica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas. Madriti.

Revista Ecclesiástica. Valdoleti.

La Semana Católica. Madriti.

Amerikanski Slovenec. Tower.

El Católico. Santiago de Cuba.

Der Herald des Glimbens. St. Luis Mo.

Diario de Centro America. Guatemala.

Johns Hopkins. University Circulars. Baltimore.

Katholischer Mesten. Dubuque.

The Messenger of the Sacred Heart. Neo-Eboraci (U. S. A.).

Niagara Index. Niagara University. N. Y.

Revue Ecclésiastique. Valleyfield in Canada.

The Review. Singulis ebdomadis editur. Saint-Louis M. (U. S. A.).

The Rosary Magazine. Patrum a S. Dominico praeconium menstruum. Somerset (Ohio) U. S. A.

The Church Progress. St. Luis Mo.

The Tidings. Los Angeles, Cal.

Le Messager de Tahiti.

Our Alma Mater. St. Ignatius College. River-view, Sydney.

I-wen-lou et Revue scientifique. Zi-hai = Shang-hai.

COMMENTARI "VOX URBIS", INDEX SUPERIORIS NUMERI

XX num. ann. II.

De foedere inter latinæ Americae meridionalis nationes - ROMANUS.
Orientalis antiquitatis cultorum urbanus conventus - W. M.
Sapientibus cultoribus orientalium antiquitatum salutatio - GUIDO BACCELLI.
In cultores disciplinarum orientalium Romae congregatos - HENRICUS FANI.
De nimio studiorum labore in adolescentibus - R. SPINA.

Scurrae celeberrimi - I. ANTONELLI.
Rusticatio autumnalis. Ad amicum Celsum - P. ANGELINI.
Vaticana bibliotheca - H. D. V. PIERALICE.
Nova morborum diagnosis - SENIOR.
De pilari quadam ludo apud Rumenos - R.
De coetibus seu synaxibus Christifidelium in coemeteriis (ex ineditis) - M. ARCELLINI.
Aërei itineris mirabiles eventus - LAELIUS.
Vita functi viri clariores - C.
Anglica via ad Sinas deducenda - A. COSTAGINI.

De Pontificia epistola ad archiepiscopos et episcopos Brasilie - X.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - H. P. - A. L.
Aenigmata - A. BARTOLI.
In tertia operculi pagina:
Per orbem - VIATOR.
Varia: *Andromachia* - ALPHA. - *Anseres gloriosae* - Ioci - P. d. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

MONITUM

A d magis magisque Vox Urbis commentarium vulgandum inter eos praecipue qui in ludis litterarum versantur, subnotatio extraordinaria indicitur ab hisce Kalendis Novembribus ad expletum annum MDCCCC, nihil annuae subnotationis immutato pretio quod est in Italia Lib. 10; ubique extra Italianam Lib. 15 (M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2) - recto tramite mitendum ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem, Romam - via Alessandrina, 87.

Quo autem sociorum gratiam nobis ampliorem conciliemus, itemque ad propositum nostrum universalitino sermone complectendi proprius accedamus, quam primum quasi enhiridio operam dabimus, in quo singula vitae usui simulque novis rebus accommodata verba collecta reperiantur.

v. u.

NOVA RATIO INSTITUENDI LATINE PUEROS

In quavis adipiscenda institutione duo praecipue tenenda; sunt enim quodammodo cardines, quibus omnis imponitur ordo rerum; alterum rei asseundai cognitio, alterum eius usus atque habitus, quo geminatis iteratisque actis, quod pura fuerat rerum contemplatio fit vera effigies efficit sensus.

Haec duo quum in omnibus, tum in linguis addiscendis praeciarissima. Attamen acutae naris homines factis innixi praedicant cognitionem sine usu habendum esse quid vanum; multa enim sibi usus populi vindicat, quae extra tabulas sunt; atque hac de causa Gallicos, puta, et Anglos potissimum esse viros, qui latina quum optime calleant, si tamen ad enunciationem vocabuli ventum sit, ita, suo dicendi more abrepti, verba carent, ut inutilis cognitio prorsus absque exercitatione videatur. Addunt homines esse in Italia, tum in urbe Senensi illa etrusca, tum in ipso urbis eiusdem et agro et pago, qui quum nec oculis grammaticae libros, nec aure litterarios huiusmodi ludos unquam attigerint, non modo recte dicant, sed eleganter, ornate, et magna cum gratia atque idoneitate verborum; ideoque decernunt usum quotidiani dicendi ita necessarium esse, ut sine ipso supervacaneum sit grammaticis operam navare praecepsit.

Qua perspecta re, graves auctoritate viri in eam devenerent sententiam, ut in singulis latinae linguae ludis exercitatio dicendi adhibeat assidua, atque novus sit ordo discendi, novaque via pueris ad adiscendum sternatur.

Haec ego iam inde prospexeram, atque experimentum in pueros mihi publice erudiendos Romae traditos egeram: fateor exitu comprobata fuisse virtutem. Postquam enim duos impendimus menses in adstruenda quasi crata ossea latini sermonis, et in praecipiis inter italicam et latinam linguam differentiis notandis, quatuor, qui sequuti sunt menses, eo rem devexere, ut Maio ineunte ipse quotidie italicas fabellas patrio sermone proferrem, discipuli mei latine immediate nec incompte perscriberent; idque non brevi expositione, sed ferme horae spatio, cogitatione hac illac decurrente et equitante, narrabam, magna quidem cum voluptate scribentium. Non igitur defectu ingeniorum, sed disciplinae vitio difficillima latini sermonis exercitatio appetet. Aliud est enim de scripto interpretari, aliud e vestigio loqui: ac tamen vexatio dat intellectum.

De quibus cum clarissimum illum virum Felicem Ramorinum nuper allocutus essem, eiusdem sententiae non modo participem, sed vel auctorem reperi, idque clarissime is ostendit in commentariis, qui inscribuntur *La Biblioteca delle scuole italiane*, data ad hoc eruditissima epistola.

Cuius quidem viri tum scripta tum sermones, qui fuere inter nos, compendio redigam, resque ad praecipua capita referam.

I. Nova instituendi ratio habeat, ut pueros a sua ipsorum lingua ad latinam provehat, iuvantibus praesertim vocibus patrii sermonis, quae sere nullo negotio et brevi immutatione in latinum transmigrant.

II. Praecepta brevissima sint, eaque universalia, certis vallata legibus, quarum *rationalis causa* alte haereat mentibus puerorum insculpta. Hinc enim non memoria labili et in pueris vaga, sed intellectu, quae sunt latina, tenebunt aeternum.

III. Latina in schola latine loquatur quisque passim, nec diversus a latino ibi sermo insonet, praceptor exemplum praebente familiari seruocinatione illa, qua Terentius, qua Plautus usi sunt.

IV. Data hac facilitate eloquii, facilissimi de latinis habeantur auctores prae manibus, extempore interpretandi, diuque, prout Caesar, atque recentiores Gandinus, Lhomond, Valla et huiusmodi.

V. Removeantur omnia steriles illae propositiones interpretandae, quae *exercitationes* dicuntur. Exercitatio interpretationis quaeratur ab historia — eritque duplex utilitas — quaeratur a narrationibus affabre dolatis, ut puer delectetur interpretans, et imaginibus erudiatur.

VI. Assuescant pueri commutandis propositionibus, *aquipollentes*, ut aiunt, pro datis, ponentes, etiamsi ad vitandas difficultates hoc faciant. Acuitur namque mens hac exercitatione, et vivae rei stude-

bunt, non litterae servili, quae occidit, ridicula plerumque aequivoqua parienti.

VII. Quae ex patro eloquio interpretanda traduntur, ea sint genuino, excellenti, purissimo sermone praeparata, ne suum amittant pueri dum latum querant.

VIII. Datis quibusdam e latinis auctoribus, frustula quaedam eligantur ex paginis, quae diversis concepta verbis, aliisque vocabulis, latinis quidem, pueri referant scripta. Exercitationem hanc, ad eloquentiam comparandam aemulatione, Cicero et de se in libro *de Oratore* narrat, et valde commendat. Quod autem opportunum eloquentiae, id etiam adiscendo linguae usui iudicamus idoneum.

Haec ego festino decerpta calamo ex illo doctissimi Ramorini colloquio notavi; haec ex illa viri epistola, cuius feci ab initio mentionem. Plura tamen ex utrisque sunt, quae ad provehenda haec studia pertineant et altiora contingant.

Haec autem sequenti, si licuerit, tractatione sequemur, ne, quidquid praecipuum est, praeter a nobis missum tanta in re videatur.

H. DE VECCHI-PERALICE.

DE TRANSVAALIANO BELLO

ANGLICUM VERBUM (1)

*N*on sine dolore Britannica gens, libertatis acer-
rima vindicta, legere cogitur convicia quotidie
a scriptoribus externis in se coniecta. Quibusdam
enim male affectis in Anglos indignum videtur, ipsos
quum imperio tum etiam opibus praepotentes, bel-
lum ultro in agricolas numero paucos inferre, quasi
auri cupidine quadam aut studio imperii dilatandi
insusto omne sumpserint arma. Falsa haec opinio,
longe lateque diffusa, ipsisque summo ingenio praeditis
viris veluti animo infixa, refellenda omnino est.

Batavorum progenies, ut plerisque notum est,
regionem illam, cui Transvaal nomen, tenet. Fodinae
in illa regione repartae, unde auri magna vis extrahi-
tur. Incolis ipsis fodinarum ratio ignota erat: externi
metallorum callidiores ad eas fodendas accidunt.
Crescit mirum in modum advenientium populus, adeo
ut incolas ipsis numero vincat. Externi vectigalium
pendendorum impositum est onus: neque tamen
ipsis ius suffragii conceditur, quamvis Batavorum
nemini in coloniam transeunti denegetur. Id pro
iniusto et contumelioso haberi haud mirum videbitur
cuiquam; unde proum fuit ut tumultus ac seditiones
identidem excitarentur, primo statim repressae, uti
notum est omnibus. Itaque fit, ut qui ipsi opes pa-
triae pro viribus suppeditarunt, publica onera levan-
tes, nullam in republica administranda partem sibi
vindicare possint. Praeterea arma secum tenere ex-

(1) *Vox Urbis* potestatem facit sociis dicendi in utramque partem, dummodo quae afferent commentarii moderatoribus re digna videantur.

terni prohibentur, incolis licet. Servitia dicas dominis armatis obnoxia. Concoiones habere, quibus iniustam sortem levare conentur, non permittitur. Id autem maxime externis illis advenis irritamento est, quod Batavi incolae quotidianis conviciis insectari nostrates solent, ipsos exprobrantes tamquam imbellles, quibus armorum usus prohibeatur. Denique hoc futura praesentienti notandum videtur, Africæ totius meridionalis summum imperium necessario quodam fato penes unum dominum futurum. Batavis quidem patriæ suae administrandæ arbitrium nemo est Anglorum qui non permittat: cunctis autem Africæ coloniis præfici nemo est qui non renuat. Itaque, fato miserrimo, nulla tamen Anglorum culpa, huc adducimur, ut pro virili parte agamus ad nostrates in libertatem vindicandos. Gloriari nostrum non est, quippe belli vices nunquam non incertae: gentes externæ odio quodam gravi, cuius caussæ nos fugiunt, contra nostrates tenentur: spes restat ut nostro marte confisi belli exitum prosperum habeamus.

H. A. STRONG.

DE VELLEIO PATERCULO
QUE NOVA EIUS OPERIS EDITIONE

CURANTE R. ELLIS

VELLEIUS Paterculus, licet non inter latinos optimae notae scriptores adnumeretur, tamen in duobus ad M. Vinicium libris tam multa scripsit lectu dignissima, ut etiamnunc in deliciis eruditorum sint.

Ut videmus, hoc opus legentes, Romanorum ingenia Tiberii temporibus iam multos in litteris progressus fecisse, resque humanas penitorem in modum perspicere planiusque cognoscere coepisse! Nam ipse considera, lector amice; cum hic Velleius iuuentutem suam omnem militaribus stipendiis insumpsisset, cum litteris nullam usque ad id tempus dedisset operam, en otium provectae aetatis nactus ad Romanarum rerum summarium conscribendum se confert; et quamvis paucos menses labori suo destinasset (nam post M. Vinicium designatum consulem a. 29 p. C. n. scribere aggressus, ante initum magistratum opus confecit), ipseque fateretur se praecipi quadam festinatione urgeri, tamen hos duos libros reliquit, qui saeculorum iniuriam devicerunt. In quibus non annalium more res domi belique gestae simpliciter narrantur, sed multa alia passim adnotantur vel de personis vel de ingeniosis ad litteras se convertentibus, vel de excogitatis rerum causis. Ut unum exemplum proferam, vide in fine prioris libri, quanta perspicuitate Velleius eam rem animadverterit, cuius testis est omnium gentium historia, nempe eminentissima cuiusque professionis ingenia eodem ferme aut suppari annorum spatio provenire; ita ut Aeschylus, Sophocles, Euripides paene aequales fuerint, item Plato Aristotelesque, item Isocrates et eius discipuli, item Plautus, Caelius, Terentius, etc.; qui autem post hos in quoque genere secuti sint, statim ab excellentia illa desciverint. Cuius rei causas ait Velleius se quaesisse saepe, at nunquam repperisse quas esse veras conferderet, sed fortasse verisimiles, inter quas has maxime: « Alit aemulatio ingenia, et nunc invidia, nunc admiratio imitationem accendit, naturaque, quod summo studio petitum est, ascendit in summum, difficilisque in perfecto mora est, naturaliterque quod procedere non potest, recedit. Et ut primo ad consequendos quos priores ducimus accendimur, ita ubi aut praec-

teriri aut aequari eos posse desperavimus, studium cum spe senescit et quod adsequi non potest, sequi desinit, et velut occupatam relinquens materiam quaerit novam, praeteritoque eo in quo eminere non possumus, aliquid in quo nitamur conquerimus, sequiturque ut frequens ac mobilis transitus maximum perfecti operis impedimentum sit ». Quis neget hic multum consilii et iudicii ostendere in re litteraria militarem virum ? Et sic multi alii apud hunc scriptorem occurrunt loci, quos non sine admiratione et delectatione legimus.

Libris Velleii Patrculi edendis diligenter operam dedit anno superiore R. Ellis vir doctissimus, qui litterarum latinarum professor publicus est apud Oxonienses; eius opus autem in lucem prodiit ex celebri illo Clarendoniano typographeo, cui tot pulcherrimas veterum scriptorum editiones acceptas referre debemus. Non defuerunt quidem ante Ellis editores Vellei; nam post Beatum Rhenanum, qui primus ex unico codice in Murbacensi (1) bibliotheca tunc servato, nunc perduto, Velleianum opus edidit Basileae apud Frobenium anno 1520, multi deinceps alii eidem rei non inutilem operam navarunt, prae ceteris vero optime de Velleio meritus est Orellius, qui, reperto in Basileensi bibliotheca apographo quodam codicis Murbacensis diligentemente manu Bonifacii Amerbachii descripto, multa hinc in rem suam derivavit multaque ad emendandum Vellei textum contulit. At non omnia confecisse Orellium, neque qui post seculi sunt Kritzium (Lipsiae, 1840) et Halmium (*ibid.*, 1876), Ellis sibi persuasit, ratusque ipsum apographon Amerbachianum multo plura et utiliora in crisin Velleianam conferre posse quam antea visum erat, illud denuo excutiendum suscepit suique laboris non poenitendum fructum hac editione exhibuit.

Quae hoc praecipue nomine magni facienda est, quod praeter varias lectiones in calce paginarum collectas, continet commentarium criticum de locis difficultioribus luculentissimum. Interdum etiam Ellis coniecturis suis depravatam codicis lectionem emendare tentavit, quae res, ut notum est, multum acumen iudicii et linguae peritiam requirit. Quod si non semper prospere ei cessit (2), non tam mentis vitio tribuendum est, quam magnae rei difficultati.

Concludamus licet. Velleius Paterculus non indignus est qui legatur etiamnunc a cordatioribus viris; multa enim invenient scitu digna neque ineleganti stilo scripta. Lecturis autem bono consilio sumetur in manus editio Oxoniensis, quam curavit Anglus vir tam magnae existimationis.

F. RAMORINO.

(1) « Est Murbachium vicus Alsatiae, Gallorum et Helvetiorum in confinio ». ELLIS in Prolegom., p. viii.

(2) *Velut II*, 47, 2 ubi sermo est de morte Iuliae Pompei uxoris, cum in codicibus legeretur: « Septimo ferme anno Caesar morabatur in Galliis cum medium iam ex invidia Ponti et Camillae cohaerentis inter Pompeium et Caesarem concordiae pignus Iulia, uxor Magni decessit », primus Lipsius, quo erat acumine, vidit pro *Ponti* et legendum esse *potentiae*, ut esset: *ex invidia potentiae*. Pro inepto autem illo *Camiliae* idem Lipsius coniecit *iam male*, ut sensus esset: « septimo ferme anno Caesar morabatur in Galliis, cum Iulia uxor Pompei, medium pignus concordiae ex potentiae invidia iam male cohaerentis, decessit »; scilicet Iulia medium pignus erat concordiae inter Caesarem et Pompeium; sed haec concordia iam ex potentiae invidia male cohaerebat; in discordiam cessit post Iuliam mortuam. Quis hic non admiretur Lipsii coniectandi sagaciam, qui tam bene locum certe corruptum emendaverit? At Ellis pro corrupto *Camiliae* legi vult: *cum illa aegre*, ut verba sic ordinentur: « Iulia pignus concordiae ex potentiae invidia aegre cum illa (potentia) cohaerentis ». Sed, pace docti viri dixerim, non est sermo hic de concordia cum potentia cohaerente, neque id est satis latinum, sed de concordia inter potentes male, aegre cohaerente. Quanto melior erat lectio Lipsiana ab omnibus postea editoribus facile excepta!

POPULARE BAVARORUM THEATRUM

MIHI, hoc ipso in commentario auspicanti, ut theatrorum viva spectacula, quippe quae in animorum educatione procuranda maxime polleant, frequentiora ubique et quantum liceret gratuita ferianti populo pararentur, praeter spem feliciter innotuit Germanas iam Bavarorum rusticas plebes ea esse adepta, quae reliquae exultae nationes vix audeant in votis habere.

Quae quidem, fateor, eo magis laetus accepi, cum similia agitari et apud nostros in dies audiverim, exploratumque plerosque iam habere quanta in morum utilitatem ex certis theatrorum spectaculis populari ratione innovatis exspectanda merito sint. Ad hunc itaque finem facilius assequendum, opportunum reproto, ut huiusmodi Bavaria exempla quam maxime pervulgentur, cum praecipue Graecorum illas comoedias vetustate sacras, quas primas hodieani theatri veluti fontes habemus, sive modis, sive locis, sive ambitu, grata memoria in animum revocent.

Rei vero auctorem Conradum Dreher, comica dicendi arte inter Germanos celeberrimum, iuvat salutare; eius enim opera primum novae comoediae theatrum Schliersee vidit Bavariae oppidulum, caeruleo lacu praecinctum, e quo tenuis expolitaque eius imago remittitur.

Dreher itaque cum de populari theatro disceptationes pluries audivisset, at vacuas plerumque et inanes, consilium statim amplexatus est nova ad rem tentandi, ardua sane et nullibi assueta, at Germano sibi quodammodo faciliora, cum dramata ex populari vitae ratione excerpta satis abundantani copia in Germanicis litteris recensemantur.

Sed una insolita et inaudita eius consilii pars fuit, ut popularibus huiusmodi fabulis in rusticorum vel agricolarum recreationem et eruditionem agendis non urbani quidem comicae artis periti darent operam, sed delecti ex ipsa rustica plebe iuvenes, quibus forte ingenium corporisque habitum ad rem aptiora natura suppeditasset.

Argutum ferme at non minus arduum consilium; ecquis enim referat quanto labore quantaque patientia celeberrimus ille comicus rudes et incomptos agricolas aut pastores erudiverit, quam indefesso studio, dictionis artificia omnia, vocis modulationem, gestus, oculorum nutum, oris et corporis compositionem tradere quodammodo ac communicare discipulis potuerit, ut, quod perfecti actoris est, novam quasi vestem ipsis indueret?

Verum nulla est viro tam ardua meta, quam tenaci proposito non liceat attingere; nam quae passim summa patientia ac tenacitas Germanorum laus est, Conradum illum ita adiuvit, ut, diurna licet mora, quae intenderat, assequutus sit.

His itaque actoribus expolitis, scenam constituere oportuit, alteram proposito partem eamque facillimam. Theatrum ligneum, ut in Germaniae oppidis domus assolent, est constitutum, variisque exornatum picturis arte illa ingenua, quam rusticani pictores callent. Trabibus impositum peristylium circa parietes devolvitur; caveam vero sellae non tantum, sed etiam tabulae plerumque compleant, quocircum lenes cerevisiae ciathos sorbillantes vel tabaci fistulas lente adspirantes sedent auditores. Scena, uti in nostris, in fundo panditur, et pictis telis effingitur.

Haec sunt novae comoediae lenocinia: attamen rusticæ huiusmodi spectacula tanta iam fama percrebuerunt, ut eorum coetus Germaniam omnem peregrinantes, in ditionibus eius civitatibus maximo delectamento auditæ fuerint, et Vindobonæ usque in *Kulturbühne*.

THEATRUM

auspicanti, ut
pe quae in ani-
polleant, fre-
atuita ferianti
citer innoutit
plebes ea esse
s vix audeant

aetus accepi,
es audiverin,
quanta in mo-
pectaculis po-
erito sint. Ad
am, opportu-
xempla quam

Graecorum
immas hodierni
dis, sive locis,
m revocent.
eher, comica
num, iuvat sa-
ae comoediae
pidulum, cae-
politaque eius

etro discepta-
lerumque et
nova ad rem
at Germano
ita ex popu-
lanti copia in

ilii pars fuit,
sticorum vel
em agendis
darent ope-
nes, quibus
rem aptiora

in consilium;
antaque pa-
t incomptos
defesso stu-
dulationem,
is composi-
nicare disci-
est, novam

eta, quam
nam quae
ermanorum
t, diurna
sit.

constituere
facillimam.
idis domus
atum pictu-
res callent.
etes devol-
sed etiam
enes cere-
ulas lente
n nostris,
r.

tamen ru-

percrebue-

regrinan-

ectamento

olkstheater

fabulas cum plausu egerint. Cuius mirifici sane fructus abdita et potissima ratio est, quod fabulae et scene quibuscum illae aguntur, rusticis actoribus eo convenient, ut maxima veritate actio reprezentetur. Rusticanum enim semper fabulae argumentum, loca moresque in eo efficta semper agrestia, ita ut agentes villici suam aediculam, et mapalia domusque suas, natales montes et lacus silvasque in pictis telis habentes, quasi propria et consueta vita vivere, dum agunt, reputent. Facilitas igitur illorum maxima et a quavis cothurnata obstentatione remota, qua et in urbanis quidem scenis perraro licet gaudere. Agrestes proinde veluti zephyros succisas recens segetes olenates et per scenam flantes sentire credis, et inter renovatam quodammodo Vergilii eclogon vitam fabulam versari.

Sed quod in his ludis maxime interest, ut diximus, plebis utilitas est, quae quanta sit nullus facile metietur, qui non viderit caveas illas feriata quoque die ita repletas, ut rustica illa turba vere dici possit «arcto stipata theatro». Illuc namque ex oppido omni et undique ex propinquis agris et montibus feriantes agricolae properant, et relicti cauponis theatri tesseram quaerunt, qua ad exaudiendas montanas suas fabulas, rustico ingenio aptas et faciles, felix pateat aditus.

Hoc semper enim est artis prodigium, ut mores leniat ac temperet, ut mentes excolat, ut gentes a terrestribus abducens ad altiora, divina opitulante virtute, extollat.

I. ANTONELLI.

DE CAVENDO VAPORITRAHARUM OCCURSU

Qui physici addictus, clariss. vir italicus Russus de Asar, telephonum, pulcherfima opportunitate, ad cavenda in mari infortunia pyroscaphis applicuit, qua vetitum est ne in navem navis, neque in scopulos sive subaqueos, sive insulares, neque in aras, cratesque forte fluantes per altum incurreret, ut proretæ, classiarii, nautae de iis, quae septimum intra chilometrum essent, admonerentur, nunc feliciter adverbit mentem ad ea cavenda pericula, quae in tramitis ferreis plerumque sunt, vaporitrahis invicem occurribus, magna saepe hominum clade, magno rerum detimento et ruina.

Et res intra spem fuit, cui omnes plaudunt, famaeque dedicant immortali.

Singula quae adstruit referre non licet, praesertim quum ipse, epistolis Romam missis, arcanum sibi vindicit, quod nos veremur.

Vaporitraha, inquit ille, ferreum per callem procedens incurrire potest vel in vaporitrahiam contra venientem errore aliquo in eumdem callem immisam, vel in saxum, vel in obicem quemlibet, quae scelus, vel casus, praesertim in pluviis, a monte, a muris super ferreas regulas viae statutae coniecerit. Numeros absolvet omnes qui machinam confecerit, apposueritque vaporitrahis, ut opportune, antequam in discrimine sint, certiores periculi fiant, et seu retrogradientes, seu stantes infortunium quodvis effugiant.

Iamque hoc expeditum est; quippe ille machinam telephoniam adiicit vaporitrahis, eamdemque locis, quae stationes vocamus, eaque machina tum praepositi stationibus regundis, tum vaporitrahis abeuntibus certo monitu noscunt ad apicem et iota quidquid interciderit super vel circa axes ferreos, supra quos vaporitrahia suapte rapitur.

Neque satis; nam non modo tribus hisce in locis eodem tempore annuciabitur superadditum viæ impedimentum, quo liber incessus obstruitur, sed locus ipse ad metrum in quo vel saxum, vel ruina, vel crimen axes amoverit, vel obruerit, vel quomodocumque subverterit, ita ut facile sit festinare ad restorationem, et opportunio subsistere tempore.

Insuper etiam machina haec monebit si quid in vaporitraha, vel in carris curribusque frangatur, neque ultra sit viandi facultas.

Quum autem facilitate maxima qui ignibus alendis vel inservit vel praeest, virum in statione degentem singulis momentis, ut ita dicam, de suo itinere ac progressu monere possit, palam est clarere stationis praesidi quo loco, quo tempore vaporitrahae praefectus vel addictus, calamitate aliqua, vel vi oppressus, aut libertate, aut vita caruerit.

Ecquid amplius? Haec eadem apposita telephoni machina viatores, qui sunt in curribus, cum praeside, cum ad dictis vaporitrahae talis commercio coniunget, ut illi prorsus utili futuri sint a quavis insidia perditorum hominum, qui interdum improbo consilio currus vaporitraharum adeant latrocinia, occisiones, et si quod peius fuerit crimen admissuri.

Nos votis haec pulchra prosequimur, diemque salutamus, quo genus humanum ope et consilio Italici huius per ferreas devectum vias tranquillitate et securitate fruatur.

M. L.

MORS

*Equo feroci falcifer insidens
Auriga vastum pervolat ambitum
Telluris, haud lassatus unquam,
Fulmineo citiorque telo.
Quos ille pagos lustral et oppida
Urbesque, densa messe cadaverum
Implet; rudis seu fossa caeos,
Seu nitidum maneat sepulcrum.
Illum nec aetas flectit acerbior,
Nec forma praestans, nec genus inclytum;
Quos morbus obiecit, trucidat
Falce; petit vegetos sagittis.
Spectare rixas gaudet et impia,
Quae regna vastent, praelia: suaviter
Tum feriatur, cum cruentum
Urget opus furor ipse noster.
Horrenda quo sit messis optimior,
Mors (namque Mortis gesta recenseo)
Tabem per auras, perque gentes
Multiplicem serif usque pestem.
Exstincta moestis corpora sedibus
Inferi, et urbi cuiilibet adstruit
Urbem silentem funebremque,
Unde vetat remeare quemquam.
Suspedit horam, qua metat ultimum
Hevae nepotem quoque, ruentibus
Stellis, supremum de perusto
Funditus Orbe legat trophaeum.
Ast ne triumphes, Mors!, per Adamicum
(Serpentis astu) nata piaculum;
Te, natus ex Heva novella,
Perdomuit novus en Adamus.
Hunc tu, pereunem lucis Originem
Vilaque Fontem, vi temeraria,
Cum nostra clemens induisset
Membra vicesque, neci dedisti.
At funeralis sospes et integer
Mox e sepulcro prodiit, inclytis
Ex te triumphis, Saeva, ductis,
Quis sociat genus omne nostrum.
Iam rile Christo quisquis adhaeserit,
Nil ille Mortis laeditur ictibus;
Demessus olim, spica flavens,
Horrea laeta subit polorum.
Non, quae caducis ingruat artibus,
Pavenda Mors est; sed miserabile
Quae mentibus, virtute cassis,
Interitum sine fine gignit.*

FRANC. X. REUSS.

QUI FUERUNT...

RESPICE hominem serentem arbores, quae alteri saeculo prosint, sternentem vias, comparantem et cumulantem opes, aedes molientem. Si petieris curnam haec tanto quaesita labore, tantis absoluta sollicitudinibus, dicet, se nepotibus posterisque suis ista parare, quibus et bene sit illis, et feliciter collactentur.

Respicere hunc iterum arantem campos, in armenta incumbentem, fruges vineasque in agris curantem, picturis ornantem domos, lineis et laneis, et vestibus armaria onerantem. Si quaequieris cui paret, ea parare se respondebit necessaria victui cultuque suo, coniugis, liberorum, et mutuis inter amicos officiis.

Respicere hunc tertio pyramides et mausolea erigentem, simulacra avorum marmore et aere ducentem, titulos et signa aedificantem principibus, et poesi et historia functos vita celebrantem. Si quaequieris curnam haec, reddet non omnes nos interire, sed superesse morti sensum et vitam, qua Deorum Matum omnes apud gentes sancta semper iura extitere, neque cuique fas fuit impune apud filios et nepotes inuovere infamiam avis et parentibus et avunculis, qui olim fuerunt.

Humanum igitur genus praesens cum futuris vivit praevisione et spe; cum praesentibus communicatione sermonis, officiorum atque laborum; cum defunctis memori pietate et quadam instinctu ac veneratione ineffabili.

Neque alias Athenis mos fuit, alias Romae, alias alibi, sed unus ubique gentium omnium consensus, quae adstruenda sepultra, inscribenda nomina, monumenta eiusmodi obsequio civibus habenda legibus poenisque sanxerunt. Quid enim praestant pyramides ambitiosae Pharaonum, mausolea graeca, etrusca Porsenae moles, Adriani monumentum ingens, et frequens infinito marmore Appia via humilibus cumulis, aut solitariis Vareaudis et Pakis, qui inter Americae et Asiae et Australiae silvestres paene barbarasque tribus habentur? Materia et magnificencia, iuxta opes et artes gentis, diversae sunt, at conatus idem, eademque singulis et par sententia.


Quinimo, si gentes ipsas vetustissimas, quarum nomen antiquitas abolevit, inspicias, nuragos suos ostendet Sardinia, montesque ipsi Latiales et Albae tumuli graviora monebunt. Quum enim in hisce circa dimidium saeculi delabentis altius fodiretur ad sternendam viam prope Albam-Longam, inventa necropolis est antiquissimorum populorum, qui ea loca incolebant antequam regiones vulcanis coruscarent; siquidem ingens ex tofo rupes, lapillis, et scorii, et arenis vesuvianis constans, agro erat imposita, totumque alte premebat.

Quid speluncae dissectis cadaveribus refertae? Quid ambustorum cadaverum servati cineres? Quid Sinenses maiorum suorum ossa et busta venerantes et affantes, quasi colloquantur cum vivis?

Hoc unum: vivere adhuc eos qui decessere, nec morte eorum omnia nostra erga eos deficere pietatis officia; postquam hac de vita migrarint crescere immo et augeri, quum saepius antiqui illi viri in deorum numero eos esse voluerunt, qui effusis beneficiis in populos magnum sui desiderium reliquere.

Hinc annuae commemorationes mortuorum apud familias ubique et semper; quotannis hinc sacrificia et expiations pro his qui vita functi essent; insuper constituti lege certi dies mortuis piandis, recolendis, et sepulcris eorum imaginibusque invisibilis, flore, cibis, libisque ritualibus exornandis, aspergendi, donandis.

Neque hoc ethnicis modo, siquidem antiquitus idem fuit sensus Hebraeis, qui iudicibus, regibus, pa-



Necropolis Romanae prospectus exterior.

triarchis, prophetis edidit busta, quorum adhuc existant reliquiae; ostenduntur enim in Palaestina quae Iosue, quae David, quae et sexcentorum fuere; atque ipse dux fortissimus Iuda duodecim millia argenteorum Hierosolymas misit in expiationem et sacrificia pro iis qui in pugna ceciderant; nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum visae essent et vanae preces illae pro mortuis.

Quod si pulcrum hoc iis, quanto insignius et potius Christianis, quibus est societas cum mortuis, communio sanctorum?

Vix adhiberetur fides dicendis, nisi quae subiecta sunt oculis historiae dicta firmarent.

Composita martyrum corpora catacombe videbunt in cryptis et loculis, quasi cum iis adhuc vivent, qui per ea versabantur. Sacra mysteria celebrata sunt super marmora, quae mortuorum in Christo membra primum, dehinc ossa et cineres clausissent. Additae lampades, et incensi odores, et laudes, quibus quotannis Ambrosius, Augustinus, Hieronymus celebravere defunctos. Numquid ultra? Quae sita ex Calvario humus et Romanum apud Vaticanum, Pisam in necropolim illam omnibus decoratam studiis artibusque Musarum delata est, ut in ea altiori pace dormirent, qui Christo expergefacti superum occurrerent iudicanti.

Haec olim, cum interea in templorum subterraneis ceteri gaudebant humari, quasi dormientium in quiete iustorum blandirentur somniis organorum sonitu, precesque fidelium requiem aeternam a Deo pro sepultis petentium.

At nostro ineunte saeculo civilibus legibus cautum est, ne quis in templis conderetur, idque optimum visum, ut saluti viventium consuleretur, praesertim contagio flagrante aliquo, neque ea, qua par erat, diligentia curantibus decurionibus de aeris salubritate inter tempora. Quo factum est, ut in urbibus non modo, sed et in oppidis et vicis, certatim circumdarentur muris, ornarentur floribus, cypressi, palmis, babilonicisque salicibus campi aeternae quieti hominum sacri. Mox monumentis marmoreis, aeneisque signis, et mirabilibus architectura aedi-

culis locum servare, familiae sua datum quisque ad dicere, decorare, perpetuum proprietate facere, et mortuorum civitates certare ferme ambitione, ornamentis, columnis et statuis cum civitatibus viventium.

Romana ipsa nostra necropolis iam in eo est, ut brevi ceteras facile vincat, optimas aequet, ni superet. Tot enim in ea congeruntur ex his, quae divitiae, quae liberales artes musivo opere, pictura, sculptura omnia comparant, ut quanta ipsa est, non necropolis, sed museum prorsus videatur.

Quod autem omnes obtinet numeros et quasi praecellere videtur dum percult, est illa Christi Redemptoris marmorea effigies, arte mira, virtute potentissima, imperatoria forma ita expressa, ut omnem excedere laudem et praecognitionem omne longius praevertere videatur.

Quae quidem, cum late et mole et specie dominetur, divino resurrectionem et vitam portendens

adspectu, superstites consolatur, et monet non habere nos hic manentem civitatem, sed futuram inquirere, quam ii, qui dormierunt in Christo, feliciter attigerunt.

SENIOR.

SERICA FILA EX ARANEIS

MEMINI me legisse in opere physici viri Purgottii, duobus abhinc saeculis edito, ex aranearum tela tentatum opus, quo panni instruerunt, sericis non assimiles, fortasse moliores; ex hisce chirothecas fuisse confectas et usu probatas. Cur postea intermissum opus? Forsitan deformes animal humanitas horrebat; forsitan sentiebat esse in hisce aliquid letale; nam plerique narrantur mortui apposita vulneribus tela, quam araneae conficiunt.

At nunc certiores facti sumus de reintegrato in rem conatu, et, adhibitis innocuis prorsus araneis, aranearum opus Lutetiis venturo anno coram oculis ponendum fore, sexcentis ex causis anteponendum sericis ex bombyce sinensi deductis. Res ita se habet:

In insula Madagascar aranea est, quam indigenae *Fulichalam* dicunt, cohibentque in carcere quadam exiguo ita dispositam, ut posterior animalis pars caelum prospicit, caput convertatur in terram. Vix aranea filum demittit, hoc ferrea quedam manula captat, et parvae rotae, quae tarde volvitur, tradit. Filum autem, ubi prodit in lucem, glutinosum est; quapropter, ne filum filo superpositum haeret, rotam ita vertitur, ut trigesimum inter et quintum ac vigesimum diem non ultra quatuor fili metrorum millia sensim convolvat; quibus editis *Fulichala*, exhausta penitus, moritur. Nutrunt interea musciculis et similibus operosam non sponte bestiolam, quam ad opus provocant circumlati vaporibus ex *cloroformio*, *etere* et *alcool*. Atque experientia probatum est, araneas alacriores hoc fumo redditas optimam operam praestare.

Postquam aranea mortua est, pluribus opportunisque lotionibus filum nativo



Necropolis Romanae prospectus interior.

glutine, et aranearum onam minori proportione spectum insu impune ter sustinere, et centum metrum et quadri-

Madagasc ferunt in Tan nearii serici s idque praesent

Statio cat suo praedio in Fulichalarum tum aptae ma

Quid si re chis, id est bo

Huiusmodi

ANDREA

"MORT

ANDREAS, fil men app culo xiv natus, e Giotti vestigia ita eruentes, per glo

Quamquam r soribus, archite sit, prouti inter tu bat, et ipse in su aurificem habuit, thaeum variis arti

Ipse tamen o sima calliditate u test, magistro au longe antecelluit.

Architecturae bernaculum, quo sancti Michaelis, thedralibus tum F boravit.

In pictoria art in locis depinxit,



Mortis triumphum (A. ORCAGNA pinxit).

glutine, et scoria quavis liberatur, iamque habetur aranearum opus longe bombycinis filis excellentius; nam minori pondere tenacius robustiusque est, hac proportione servata, ut quod in bombycinis est compar quatuor vel quinque ponderibus, in araneariis habeatur pondere unico tantum, atque aranearium unum bombycina saltem quatuor aequat virtute. Perspectum insuper est, filum *Fulichalae* unicum posse impune tercentorum ac viginti grammorum pondus sustinere, et ita produci in extensum, ut quod antea centum metra aequaret, distentum metra aequet centum et quadraginta.

Madascarienses ephemeredes, itemque Gallicae ferunt in Tananariva urbe hanc in industriam aranearii serici sedulo cives et mercatores incumbere, idque praesertim schola satagente ad hoc instituta.

Statio catholica apud Ambohipum iam foveat in suo praedio ingens agmen *Halabearam*, quae species *Fulichalarum* sunt, grandiores corpore, tum dociles, tum aptae magis, et foecundiores.

Quid si res ita progrediatur, ut sinensis bruchi, id est bombycibus, valedicamus?

Huiusmodi industriae genus prorsus immutabitur.

X.

ANDREAE ORCAGNA TABULA

"MORTIS TRIUMPHUM" REFERENS

ANDREAS, filius Cionis (prouti et ipse suis tabulis non men apponere assuevit), Florentiae ineunte saeculo XIV natus, ex praeclarissimis artificibus fuit, qui post Giotti vestigia italicam pictoram artem primi e tenebris eruentes, per gloriae tramitem mira virtute impulerunt

Quamquam non ipsa tantum, sed et geminis etiam sororibus, architectura sculpturaque, illustris Andreas evasit, prouti inter tunc temporis artifices non raro contingebat, et ipse in sua familia viderat; nam Cionem patrem aurificem habuit, fratres vero Nardum, Iacobum, et Matthaeum variis artibus peritissimos.

Ipse tamen omnes superavit; delineandi enim comptissima calliditate unus Giotto comparari ex aequalibus potest, magistro autem effingendorum prospectum peritia longe antecelluit.

Architectura eius praecipuum est monumentum tabernaculum, quod in templo S. Annae, quondam oratorio sancti Michaelis, Florentiae extruxit; sed etiam pro cathedralibus tum Florentinae tum Urbisveteris multa adlaboravit.

In pictoria arte praeter sacras, imagines quas pluribus in locis depinxit, ecclesiae Florentinae *Santa Maria No-*

vella italicice nuncupatae princeps sacellum insigni arte decoravit.

Argumenta tractavit quae tunc passim ab artificibus exhibebantur, ex novissimis deprompta mysteriis, prouti Alighieri et Petrarca fecerunt.

In eo namque sacello potissimae eius tabulae sunt duae illae, quibus *Paradisus* et *Inferi* describuntur. Quod quidem etiam Pisis, uti notum est, praestit in coemeterio, ubi geminae illae murales picturae exstant ex *Finali Iudicio* et ex *Mortis Triumpho* depromptae, quarum alteram lectoribus exhibemus. Haec in sex partes distribuitur. Si primam in sinistro superiore latere adspexeris, eremita in pace et suavi spe mortem exspectantes inter preces et agrestes labores oculos tibi perculerint. Proxima veluti inferni montem effingit, cuius in foveas ardentes animae a diabolis deiiciuntur. Extrema in dextero cornu luctam exhibet angelorum et daemonum circa animas, infantium specie depictas, quas ad caelum vel ad inferos trahere contendunt. Subest huic iuvenum canentium et laetantium manus, quos mors tetro adspicere pervolans minitatur. His proximi pauperes et egeni nonnulli genibus flexis morti libellum offerunt, ut vitae miseriis liberentur. Extrema vero equitum turma est ad venationem proficiscentium, quibus sanctus Macarius, tria mortuorum feretra indigitans, occurrit.

De praeclarissimo tabulae artificio, simulque de mira artificis ingenuitate in re disponenda atque effingenda, nihil dicam. Illud velim praecipue, ut equitum hanc manum sedulo lectores contemplentur, cuius equidem nihil venustus.

Andreae cognomen, quod Orcagna fuit, porticus ele-gantissimus in Florentiae maximo foro ab ipso exstructus retinet: artifex vero ad senectutem provectus, anno circiter aetatis sexagesimo (1368), in patria obiit.

LAELIUS.

DE SOLEMNIBUS ANNUIS APUD HELVETIOS ET CELTAS

PERPETUIS ego efferam laudibus gentem, quae, sua memor originis, diebus hanc recolit certis, seu materna et principis urbis aedificationem celebret, seu, sacris ludisque indictis, feriata quotannis, partae libertatis et adepti imperii insignem laetitia et fama mandet nepotibus diem, sive annua recordatione solemini et publica perennet viros, quorum ope, manu, consilio inter alias eminuerit excellens. Neque aliud redolet Olympiadum statuta solemnitas, qua Graeci ad spectacula omnes, ad coronas et praemia praestantiores quarto quoque anno accercebantur.

Quae solemnia dum adolescentiam alunt priscae recordatione virtutis, et aemulatione sovent, pueritiam erudiunt, senectutem delectant, virosque monent, ne se degeneres patientur, et, siquid imminutum casu civilium temporum sit, spem erigunt, qua sublapsa in pristinum aliquando restituenda fore credantur.

Magnum vitae indicium spes et memoria; ille iam sepulcri partem suscepisse sciat, cui nihil memorabile ultra est, cui sperandum nihil supererit.

Ecquid, historia probante, si dixeris eos penitus interisse populos, qui vel violentia victorum oppressi, vel senescentibus animis, turpi socordia solemnia haec non ultra coluerunt, atque amiserunt?

Doctior et prudentior iudicet, utrum haec oblitterata sint quia gens interiit, vel gentem interisse quia haec est obliterata; quaevis praestabat sententia memores populos vivere indicabit.

Haec autem ego lectoribus meis praenotata volui, ut ingeniorum, qua egregie pollent, in hisce expenditis aciem exerceant, gratum certe facturi, si ad rem proponant aliquid, quo philosophiae historicae trames, quasi aggere duplicato, angeatur, et, latior factus, commodior fiat.

Dicam enim de solemnibus illis, quibus Helvetica respublica esse coepit initio, quibus crevit libertate, dignitate, virtute, quibus hodie se talem spondet futuram, qualem se ab exordio novit suisse.

Atque hoc nemini forte mirandum videbitur, quum nemo nesciat Helvetios nunc esse, et libertatem decusque suum domi bellique, et mente et Marte tueri. At nunc esse Celtas quis credit? Quis eos arbitrabitur superesse, in quos et Romani et Barbari, et Arabes et Franchi et Normanni ad internacionem usque saevierunt?

Ac tamen solemnia illa eos non modo vivere probant, sed et vigere et valere, et inesse hisce modum proprium, quo, dum seceruntur ab aliis, etsi in locis et regionibus positi politico nomine ac terrarum pelagiique spatio interaestuantis dissiti, mirabiliter tamen uno sermone et spiritu coalescant.

Quae consideranti mihi illud venit in mentem: siqua exstat, ex magna olim, nunc gens imminuta, haec aut propriis virtutibus est superstes; virtus enim est nescia mortis: aut ad aliquod grande opus a providentia Dei reservatur, quae inutilia esse et otiosa non sinit; nunquam enim peritus machinarius tulit in horologio rotam superfluam et inutili artificio. Quidquid est, aut venerare et cole virtute praeditam, aut venerare et cole maximam aliquando futuram. Docent haec philosophum Troia-

ii duobus et viginti sunt, dare manus patet quid potuerunt ordo pugnae, oculis, in mente, in calore, vere; haec Neocastrum, sacerdotes futurum populum, tur, vivit? in vera et integra et lumen est, per-

G. P.

oooooooooooo
S
TIBUS PARTIS

hero innuimus de studiis vacantes uuat addere, quae morbis eadem ex reposito, ut quae sint. Atque utratorum tandem ex-sibis esse viriliter

di aridae inquisitio-
kalnburg doctor,
aiginta iuvenum,
ias ad delectum
es ex unaquaque
stinendae; quum
agricolarum co-
singulis centuriis

ecim millibus iu-
larum studiis va-
minas vero unam
centuria, neuro-

orum caterva cir-
quibus ventriosus
gravi voce silen-
Vigila iam, nec
uoque tergo obsi-
t ornata et verbis
vobis mecum ne-

o sum nisi quem
Respondet larvae
e amo, te salvere
eius nominis tot
doctrina paratur

ant villici, soliti
ore suffuso mihi
cincio seduxit me
- venit hic aqua?
quamquam non
ad hic immittiores
aliud vos que-
lium et ubi Tri-

abs te amoves.
tate pater, salve.

ANGELINI.

patia, anemia, strufa et pluribus oculorum morbis laborantes invenit.

In Suetia doctor Key iuvenes fere omnes, qui altiores scholas adibant, pari proportione aegrotantes recognovit; imo infirmorum huiusmodi numerum ex insimis ad supremas studiorum classes maximo progressu excrescere expertus est.

Oculorum autem morbi passim in scholis contrahuntur, et quamvis saepe vel ex deficiente, vel male directo diei lumine, vel ab informibus notis, vel contagio provocentur, plerumque tamen ex nimis diuturno studio exsurgunt; quod praecipue de myopia, post annum primum in schola perductum, experientia constat. At praeterea vertebrarum dorsalis columna facile in unum vel alterum latus aliquantulum flectitur, et costarum ossa deformantur, et humeri a naturali situ recedunt. Horum sane exempla ex trecentum et quinquaginta exploratis iuvenibus ad sexaginta et duos, ex totidem vero puellis ad centum quinquaginta a Guillaume medico observata atque enumerata sunt. Virchow autem atque Eulemberg, clarissimi medicae artis cultores, scoliosim, idest columnae vertebralis in latus flexionem, inter annos in scholis absumptos enasci et progredi tuto opinantur; imo in Helvetia et in Russia inter frequentiores adolescentium deformitates illam recenseri miserum est.

Broca, medicus et ille celeerrimus, certis iam experimentis eruditus, cerebri calorem vel levissimo studio per gradus foveri reperiit, admotisque statisticas tabulis, epistaxim, capitis dolores, cerebri inflammationem atque huiusmodi cetera discipulos communiter aggredi animadvertisit. Plerique immo sunt, qui, sive nimio mentis labore, sive periculi quotannis in eundi angore maximo, huiusmodi morbos contrahit asserant.

Nec satis: nam desfatiganti huic nimio mentis studio animae morbi merito tribuuntur, quibus vel iuvenes vel magistri et doctores afficiuntur; eos inter, infirmitas pessima, consumptio illa cerebralis, qua ad mentis imbecillitatem viri ac mulieres redacti, cuiusvis non modo studii, sed et levissimae cogitationis impotes evadunt, et amentium domus magis in dies adimplent. Haec autem a medica Neo-Eboracensi ephemericide *New-York Medical Journal* saepe adnotata sunt, et praecipue de mulieribus, sive iure, sive medicina peritis, ex quarum agmine maximo numero tirones amentia correptae, in letudinarias domus immigrant.

Et merito: vis enim illa insueta quae tenellis adhuc vel ineptis mentibus infertur, ut intellectus nondum ad studia maturi, indigestis praecipitis compleantur, cerebri aciem cito defatigat atque obtundit. «Prodigosos pueros vidi», ait optime Fossangrave, «qui veluti Picus e Mirandula decimo nondum aetatis anno ab obstupentibus magistris et proximis celebrabantur, at cito mentis ineptitudo praecocis tanti laboris pretium fuit».

Medicorum coetus quem ex Alsacia et Lotharingia Manteuffel dynasta ac illustris Germanorum militum praefectus collegit, in quem medici celeberrimi Boeckel, Kusmaul, Neubauer convenerant, post exploratas scholarum per provincias illas condiciones, hanc adamussim protulit de earum fructibus sententiam: Scholae, prout hodie habentur, cerebra adolescentium excitant quam maxime et paulatim defatigant, memoriae praecipue labore proposito viribus impari tum immaturitate, tum difficultate, tum nimia diuturnitate. Inde vero persaepe efficitur, ut iuvenum mentes per plures annos litterarum et philosophiae notionibus indigesta mole refertae, obviae

cuique quaestioni, quam quivis sanae mentis vir ex abrupto solvere valet, dare responsum nequeant.

Hoc enim modo, his periculis, studiorum fructus colligimus, et voluntatis vim, et indolis constantiam, et agilis mentis audentiam ab hodiernis populis passim amissa iure equidem, sed frustra, conquerimur. Nec querela sane desinet, donec, immutato hoc studiorum ritu, acclinior et planior via iuvenibus sternatur, qua possint, aetate aucti, altiora intactis viribus aggregati et in societatis bonum ea impendere dona, quae ex rationabili scholarum ordine, non dissipata, sed vere roborata retulerint.

R. SPINA.

VOX URBIS commentarii subnotatio extraordianaria - Vid. pag. 161.

QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE

III.

De cuiusdam fragmenti lapidei interpretatione.

TUSCULI superiore mense cum essem parvumque illud museum inviserem, quod, abhinc paucos annos, in aede municipum constitutum est, ad colligenda quae in Tuscanis effossionibus reperirentur - atque utinam iam prius exstisset! - mentem meam prae ceteris allexit mutulus quidam ex marmore albo, forsitan saeculo XVI ad hunc modum effecto, in cuius superficie haec leguntur:

○IV○
VIR·S·F
PR·AVGVSTI·CAESARIS·II
RANS·FLVMEN·DANIVIVM
M·ET·BASTERNARVM·EXER
GAVITQVE·COTINOS·O
S (?)·ET·ANARTIC
VGVST

De Romanorum bellis circa Danubium monumentum vetustissimum prae oculis habebam, idque maximi ponderis. De re cum humanissimo viro Eugenio Panizza, cui museum curae commissum est, mentionem feci, qui se reperisse fragmentum illud fassus est in horto non longe a Luculli celeberrimo, pluresque antiquitatis sapientes viros illi explanando studuisse; exitum vero voluntati minime responderisse. - Cur igitur etiam commentarii nostri socii disceptationis argumentum non proponam? - Id in cogitationem mihi cecidit, una cum iis, quae nunc verbis exponam.

De honoribus viri, cuius nomen in grecis, vel potius cursus desinit, id satis constat, illum in *quindecim sacris faciundis* adlectum fuisse, atque ideo in sacerdotium et patrum ordinem cooptatum; quinimo et legatum pro praetore Augusti Caesaris. Ubinam? Procul dubio munere strenue functus est [trans flumen] *Danivum*, ibique bellum gessit et cum gente, cuius nomen latet (exstat enim tantum postrema littera M), et cum *Basternarum exer[citibus]*, et cum *Cotinis*, quos *profliigavit*, denique cum *Anarticos*. At notandum prae omnibus novum scribendi genus heic institutum in verbis *Danivum* et *Basternarum*, quorum alterum, quod sciām, nunquam antea occurrit, perraro alterum (Ptol. III, 5; Eutr. IX, 15).

Qui Bastarni fuerint omnibus in promptu est, ipsosque ex Germania profectos prope Tibiscum primum incoluisse; atque ab eodem flumine non longe fuisse

Anartes sive Anartos, vel Anarticos credendum est, siquidem eorum fines Caesar (*De bell. Gall.* VI, 25) ad Hercyniam silvam statuerit. Quid vero de Cotinis? Ignoti hi populi fere apparent; Dion enim unus, aut ego fallor, ipsos memorat (LXXI, 12) M. Aurelii socios in bello contra Marcomanos, ex quo Henzen, clarus ille antiquitatis doctor, in Moesia collocauit (*Bollett. Comun.*, Roma, 1873, pag. 101): si vero iidem sunt ac *Kotyvici*, de quibus Ptol. III, 8, 5, potius trans Danubium habitarunt, ante M. Aurelium saltem, quod ex Tusculano lapide pariter inferendum est.

Ut paucis absolvam, ducis nostri gesta non longe a Tibisco flumine quaerenda existimo, forte Romanum imperium Augusto regente: fragmentorum ratio ipsaque scriptura suadent. Auxilium praecipue socii nostri praestantissimi afferant, qui in illis regionibus versantur.

FORFEX.

ANNALES

Anglici triumphi - Venezuelan et Dominicana sedi-
tio - Iberici eventus - Vilhelmi imperatoris
in Angliam iter - Austriae perturbationes -
Ex aedibus Vaticanis.

NULLA, ut ita dicam, praeter dies, quae angliae gentis triumphos in dissitis quantumvis terris non videat. Hinc enim Americanae copiae, quae in Philippinis bellum agunt, perduelles barbaros prospero marte adortae, prudenter circumvenerunt in silvis atque strenua virtute profligarunt. Ita igitur, quamvis barbarorum rabies contenta adhuc tantis cladibus non videatur, novae libertati in ibericis quondam coloniis instituendae, armis sternitur via.

At maiora Anglorum classica recinunt: belli enim a Boerorum gente suprema audacia cum potentissimis Britannorum exercitibus commissi iam incipiunt lauri virescere. Nam satis iam notum est supremas litteras, quas *ultimatum* appellant, a Boeris administris fuisse ad Anglos missas, ut coactae prope suos fines ingentes eorum copiae intra diem amoverentur; huic petitioni nullam edidisse Anglos responsionem, ut ad arma statim ventum sit. Boeri itaque milites tum ex Orange, tum ex Transvaal finibus transgressi, Anglica castra adorti huc illuc sunt. Sed praecipuum hactenus praelium, prope Glencoe commissum, copiis Anglorum satis prospere successit, qui, etsi Symmons ducem graviter vulneratum retulissent, immo postea mortuum conquesti essent, hostes tamen ex suis locis expulerunt.

★

Tertium interdum bellum, quo in praesenti terrarum orbis flagrat, in Venezuela americana republika, ad finem inclinare videtur; Andrade enim praeses urbem caput iam dereliquit perduellibus occupandam, qui post negotiationes de pace frustra protractas, reipublicae copias iterum profligarunt. Itemque in Sancti Dominici republika contigit, in qua Jimenses puerduellum dux praeses factus est.

★

Barcinonia, urbs Iberiae ditissima, magnis recentiori tempore perturbationibus obnoxia fuit, ea protinus suadente factione, quae Catalauniam ab Iberiae regno abscedere gestit; tumultus vero militari manu cito sedati sunt. Regalis interdum Hispaniae familia ex urbe Sancti Sebastiani Madritum rediit, nunciant-

que brevi Albertum Borussorum imperiale principem ad eam Vilhelmi mandato accessurum, ut Alphonsum regem torque, ab Aquila nigra nuncupato, decoret.

★

Vilhelmus ipse in Angliam sese proxime prefectum protestatus est, nec unquam huius itineris, prout dictabant, consilium praetermissee. Sed de augenda simul Germanorum classe maxime studiosum sese exhibet in dies, prout in Amburgensi civitate nuperrime in oratione lectissima manifestavit, quam habuit cum feriis adserteret pro loricato novo navigio in mare impellendo indictis.

★

Pragensis civitas ac fere omnes Bohemiae reliqui populi seditionibus commoti sunt ob imperiale decretum evulgatum, quo servatae hactenus leges de variis Austriaci imperii linguis abrogatae fuerant. Quae quidem nec una nec suprema est Austriacae reipublicae difficultas; potissima enim ex ea praecipue exsurgit, ut publica expensarum summa in pactione inter Hungariam Austriamque renovandam aqua lance dirimatur. Haec novis administris prima quaestio subiicitur.

★

Urbem elapsis his diebus pietatis causa peregrinantes adierunt Angli centum et quinquaginta, qui a Summo Pontifice in Vaticanis aulis paterna caritate excepti sunt. Iam autem ante paucos dies Pontifex cum universa eius Curia spirituali recessu operam dederat, ut dignam properantis anni sancti clero in dictam praeparationem et ipse celebraret.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia post perfectam reginae epistolam, qua de inito cum Transvaal bellariones edocebantur, pecunia in eius expensas eroganda ad decies millies centena millia anglicarum libellarum constituitur. Redmond orator populi, qui contra initum bellum protestatus est, ex aula pellitur. Balfour thesauri summus minister de Delago Lusanorum colonia Anglis derelinqua nihil statutum hactenus asserit.

In Austria, Pientak, natione Polonus, ut municipum coetui praesit eligitur, inter magnos Germanicae factionis tumultus, ita ut eius oratio ne audiri quidem potuerit. Alter vero a praeside Lupul, natione Rumenus, renunciatur.

In Gallia de augenda classe novae expensae brevi proponentur, ne inter tot belli latentia pericula marinae Gallorum copiae nimis exiguae maneat.

In Germania vicissim de augendis terrestribus copiis rogationem iri prolatum dictant, ut saltem statuto militum numero septem millia peditum superaddantur.

In Serbia pariter pecunia in militares res eroganda ad trices centena millia libellarum adacta coram municipibus est, post que sessio in proximum usque annum est prorogata.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

LUIGI VIGNA. *Sant'Anselmo filosofo.* — Mediolani, ex officina L. F. Cogliati, 1890.

Aloysius Vigna acutus vir, ingenio potens ac doctrina, quaestionem sibi de Anselmo proposuit, qui apud plerosque tanquam Scholasticorum pater, aut saltem antesignanus habetur. Libris huius viri doctissimi atque sanctissimi recensitis, et (sit venia verbo) cribratis, palam afferit

inquisitionis rationem, et labores Anselmi, cuius animo, indoli, integritati, sapientiae debitas tribuit laudes, perspectis praecipue temporibus, quibus vixit, hominibus qui buscum versatus est, magistris, quibus est usus diligenter tissimus discipulus, et curis quibus ministerio suo fungens oneratus haud minus quam honoratus est.

Brevi compendio fas non est ea describere et reserre, quae eruditus auctor passim, pretiosas veluti gemmas, munificis in omnes effudit.

Criticæ morem gerens intra fines, *quos ultra citraque nequit consistere rectum,* alta non demolitus, humilia non effert, iusta non calumniatur, veris non detrahit, bonis non addit, sed aqua utens lance et singula appendens in illud iure convenit, quod Anselmo paeconium consensus maiorum applicuit, probans Anselmum ea locasse fundamenta theologiae naturalis, cui xiii saeculi magnam denique theologi sapientiae arcem imposuere.

Laudamus et opus et scriptorem bene de veritate meritum; atque utinam de singulis, qui floruerunt ingenis amplissimis, pares instituant libri, et non absimilia studia nostris temporibus ineantur!

GUSTAVO UZIELLI. *Misure linearie medioevali e l'effigie di Cristo.* — Florentiae editit B. Seerer, 1899.

De typo mensuræ, a quo mensura, aeo, quod dicitur medium, procedebat, et cui conformabatur, Uziellius Gustavus librum scripsit, paucis quidem paginis, sed doctis, et laboriosis.

Quae Italicas praesertim apud gentes fuere maritimæ, ille acute persequitur percensis archivis et monumentis publicis quotquot exstant, tum causas inquirit, quibus potissimum diversæ vel inter finitos populos haberentur. Illud porro mirabile, omnes plus minusve referri ad 1/40,000,000 terrestris orbis.

Semitico-aegyptiae, quamvis diversæ in submultiplis a graecis et romanis, nam trifariam, et quadrifariam dividebantur, quum graecæ et romane decem dividuntur in partes, hominem assumebant, et membra eius ad exemplar ac prototypum et regulam spatiu dimetendi. Quem enim latet ipsis inditum fuisse nomen a membris humanis, cum cubitus, palmus, passus, pes, digitus appellarentur, denique *canna* apud vulgus, quae idem ac *homostans* assonat?

Quæ cum ita sint, clare patet mensuræ rationes totidem esse quo mediae statura proportiones inter gentes diversæ. Ideoque praestantiores procero corpore populi longioribus utebantur mensuris, brevioribus minoribus.

Tum obvius ad longobardicas mensuras descensus, quæ, praesertim *pede* Luitprandeo, duos ferme pedes romanos aquabant, ea proportione quæ sit inter 5137 et 2955.

At ratio non exigua diversitatis mensuræ querenda est a prototypo sacro, ac divino, a proceritate nempe corporis Christi, cuius diversæ ferebantur mensuræ, quæ e codicibus collectas pluribus imaginum opportunarum repræsentatione Uzelli designat.

Quum igitur alibi scribatur Christum statura aequare metr. 1,744, alibi metr. 1,60; alibi (prout in sacra Sindone Taurinensi) metr. 1,780; alibi metr. 1,800, tertia pars huius pro fundamentali mensuræ ratio fuit, cui ceteræ aequalentur. Hinc, si in fundamentali diversitas, etiam diversitas fuit in iis, quæ fundamento huiusmodi adstrueretur.

Post haec de genuensibus, florentinis, aliisque italicis typis, denique de mensuris quæ in Palaestina apud priscos Hebraeos olim fuit.

Haec et plura disserit Uzelli quæ doctrina uberi solet, librumque conficit utilem scrutatoribus antiquitatis, delationis plenum iis, qui nova desiderant.

ALAFRIDUS BARTOLI carminum latinorum librum editit Pistoriae (ex officina Ios. Flori, 1899) cui *Silvae* nomen adscriptis. Huius mendacii virum increpabo; rectius dixisset *hortum et viridarium Musarum;* pulera namque omnia. Nec ego, dum plurima nitent, paucis offendam maculis, quas aut incuria fudit, aut parum cavit natura, ut in carmine quod *Ansanus* inscribitur, vers. 267; in Au-

dreius vers. 96. Hanc veniam petimusque damusque, atque eo libentius quia scimus optimum illud esse, non quod omni penitus careat vitio, sed quod minimis urgeatur.

H. P.

Le Egloghe Pescherecce di Iacopo Sannazaro e altre poesie latine dei secoli XV e XVI recate in versi italiani da LUIGI GRILLI. — Edidit S. Lapi in Civitate Castri, 1899.

Iter, quod oientes colligens flores latinae renovatae poesis Aloysis Grillius inverat (cfr. *Vox Urbis*, a. II, n. IX), novo magnifice edito libello pergit. Itaque quæ alias in eius paeconium locuti sumus iterare hec supervacuum putamus; volumus tamen selectionem illam eclogen Iacobi Sannazarii peculiariter laude prosequi; nihil enim Virgilianam suavitatem magis redolet quam Iacobi versus, quos quidem, si marinæ res egisset, summus latinorum poeta haud ferme igni comburéndos reliquistet.

I. A.

AENIGMATA

I. (*Permutatio vocalium*).

O - terram tetra tenebris caligine cingit.
I - gelido hanc ipsam velamine contegit albo.
E - contra vivos vigilat saevissima in armis.
U - tibi, si frangas, oleum dabit optima et escam.

II. (*Anagramma*).

Olim magna fui et dominam me noverat orbis,
Et celebre meum est populo, et venerabile nomen.
Si a tergo legeris, terrae dominabor et undis,
Nequita et forma pariter spectandus et arcu.
Transfer nunc notas, cernes (mirabile dictu!)
Virtutem, Poenos italis quae avertit ab oris.
Id rursum facies: vatis cognomen habebis,
Pascua, rura, duces qui summo carmine pangit.

M. RABADAN.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

NOVUM IESU CHRISTI TESTAMENTUM

VULGATAE EDITIONIS

XYSTI V PONT. MAX. IUSSU RECOGNITUM

et CLEMENTIS VIII AUCTORITATE EDITUM

(Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et Socii).

Aenigma ann. II, n. XVII propositum his respondet:

Do		Re		Mi		Si

Rite solutum miserunt:

Ed. Bianco; Faber; Aug. de Aguiar, Roma - Ver. Cariolato; Aloys. Pesciro, Vicentia - Ant. Caccavaro, Cortale ad Calacium - Principal Gordon, Mancunio - Ad. Fienkowski, Lublino; Io. Sobczynski, Wloclawek; Ios. Rokoszny, Sandomiria in Polonia - Ric. Magenta; Abr. Morchio, Genua - Felix a S. C., Latani in Gallia - Petr. Garrone, Pezzana ad Vercellas - Aug. Narquet, Monteloco in Gallia - P. Alexius e C. C., Urbelio - Io. Baptista, Etschenberg, Albano - J. J. Dunne, Dublino - D. Falconbridge, Toronto in Canada - Aloys. Cappelli, Senis - Ios. Capovin, Montebello Vicentino - Ios. Crosatti, Capriano Veronesi.

Sortitus est praemium:

VERITAS CARIOLATO

ad quem missum est opus, cui titulus:

HISTOIRE DE L'ART CHRÉTIEN

AUX DIX PREMIERS SIÈCLES

par F. R. SALMON.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

Ex officina Forzani et Socii.

que damusque, atque
illud esse, non quod
minimis urgeatur.

H. P.
acopo Sannazaro
XV e XVI recate
- Edidit S. Lapi in

s latinae renovatae
. Vox Urbis, a. II,
pergit. Itaque que
us iterare heic su
selectionem illam
ude prosequi; nihil
edolet quam Iacobi
s egisset, summus
urendos reliquisset.
I. A.

m).

cingt.
concegit albo.
in armis.
optima et escam.

verat orbis,
erabile nomen.
et undis,
s et arcu.
le dictu!)

ab oris.
abebis,
ine pangit.

L. RABADAN.

tatis interpreta
orem miserint
ratis accipiet

AMENTUM

COGNITUM
EDITUM
et Socii).

his respondet:

ma - Ver. Cario
- Cortale ad Ca
kowski, Lublino;
andomiria in Po
- Felix a S. C.,
ad Vercellas -
us e C. C., Urbe
unne, Dublino -
Cappelli, Senis -
Caprino Veronezi.

cordi indicem
thologem, 200
nud, pecunias
TIEN, magis
munitio, 200
a pugnali
urisperitus. 200

cii. onfidei

PER ORBEM

Lacrimae in oculis pruriunt, haeret calamo atramentum, dum supremi itineris vices, humannis lectores, enarro. Non enim me tam vobis valedicere oportet, quam et vos mihi, ita ut extrema hodie salutatione commutata, non nisi in Elysio iterum nos communicatores esse speremus. Finis enim mundi properat, quem Falb astronomus tuto vaticinio diei huius mensis Novembri decimatertiae doce assignavit, qua cometes eius nomine insignis globulum hunc nostrum terraqueum ignito occursu delebit. Verum mortis nostrae astronomica praedictio in cometarum occursu obeundae quarta haec dinumeratur; quapropter confidere iuvat et hodiernum imminentis quarto periculum in irritum similiter cessum.



At, ehu!, minae iam ingrediuntur adeo terribiles, quae sternere quodammodo supremo eventui viam videantur, et omnem abradere reliquam spem salutis. Atra enim pestis lues, post afflictam Ulyssiponensem provinciam, Hiberos huc illuc aggreditur, Constantinopolitana in urbe detegitur, Brasiliæ denique portus omnes attingit vi inopinata et crudeli. Aëris tempestates vehementissimæ in Salernitana italica provincia, in Valentiniensi iberica regione, in Iaponica Kyushu terra effuerunt acerrime, pluviae agros et sata inundarunt, venti et fulmina diruerunt urbes.



Scio equidem tristia haec vobis nimis ingrata accidere. Quid vero iucundius enarram, cum undique tristibus nunciis afflictum et constrictum me sentiam? Nostisne Gallos quosdam nomine Taillade, aut Lacressoniæ, aut Dumaine? Si vobis ignoti sunt, noscite igitur homines; nam Taillade ille in vita omni, quam hactenus vixit, novem supra decem millia hominum ipsa nefaria sua dextera iugulavit; Dumaine vero, aemulus scelestissimus, millia decem et octo; Lacressoniæ contra, veluti Lernaea Hydra renascens victima, vices millies fere ex furca peperit. Nec satis: Maria quaedam Laurent, honesta at infeliciissima matrona, filiam haud impari frequentia amisit et recuperavit, cum toties miserima virgo Angela Moreau vel raptæ a sicariis, vel connectæ est in flumina, ex fenestræ et similibus. Computations hæc, prout iam fortasse innuistis, dramaticarum personarum surt a Gallo lepide collectæ; iuvat igitur de huiusmodi infortuniis non secus ac de imminentे cometa ridere.



Quaedam vero non dramatis, sed vitae fortuna, Rumeno cuidam petrolei effossori contingunt faustissime, qui cum prope Pravhwa urbem puteum ardantis humoris derelictum tentaret, repente ecce flava pretiosi liquidi unda ad centum metrorum altitudinem se proripuit; ita ut unius diei spatio ferreos vehes centum quinquaginta plenis urceis onerare licuerit.



Ecquid tamen? et si talia et maiora vobis vel mihi contingent, erit tandem citius seriusve hoc taedium vitae derelinquendum. Quis enim vetustior quam Alix Knott americana vidua tres supra centum annos nata? At cum secum in cubiculo psittacum aleret, avis, ostiola fistularum ex quibus urendus aer prosilit reserare edocet, omnia, dormiente domina, aperuit, ita ut effugiens pestifer aer numquam combustus, anum miseram suffocaverit. Erat probe Gallica quaedam vetu-

stior vidua Butet, Merville oppidum incolens, quæ centum et quatuor annos dinumeraverat; sed nec ipsa potuit caldari flamas effugere, quibus misere est consumpta. Attamen Emmanuela Bolea Travieso ibera praemium praeter omnes retulit, quæ sponsum a nonaginta iam annis amiserat; ipsa vero decimum quintum supra centesimum agens annum, conspicillis adhuc non utens, integrisque mentis viribus placide obiit.



Mortifera haec retulisse fasta sit ab exordiente nunc mense venia; quamquam ea est vitæ dulcedo, ut si liceat vobis, lectores, e proximo cometæ occursu sospites evadere, nullum iucundius augurium dicere reputo, quam ut Emmauelae prosperam senectutem attingatis et feliciter praetergrediamini.

VIATOR.

VARIA

Singularem inter astra mundum nuper invenerunt astronomi, atque hac de re nuper monobat ephemeris, cui titulus *Nuntius Germanici Imperii*.

Et recte. Dum enim ille sideralis ordo, quo nostrum systema constat, omnino habetur in sole unico, quem opaca planetarum turma circumdat, huic novo ordini, cui quasi princeps Procyon praeest, non planetæ opaci, sed soles, rutilantia propria luce sidera, circum obequantes obediunt.

Qui proximus Procyoni sol est, magis quam a nostro Sole Uranus, abest; totumque, inter Procyonem solem soleisque satellitem, sistema nostrum s'ne incommodo versaretur.

Praecipuum systematis huius movet astrum per ellipsim, cuius maior semiassis aequat spatium Terræ nostræ a Sole ter millies ac quingenties et tricies quater iteratum, nempe $3534 \times 150\,000\,000$ chilometrorum.

Integra autem massa systematis quinques millies ac noningentes quinquages quinque exsuperat massam, quam Sol noster orbisque nostro terraqueus simul cumulati conficerent.



Bellum inter homines et Nilum flumen perhibetur proxime flagrasse.

Quum enim fluvius iste, posthabitum se indignans, nec ultra divinis cumulatum honoribus, uberrimo terras alluere diluvio negaverit, limosusque coercens undas famem ripuaris minatus sit, initum ab Anglis consilium est aedificandi aggerem a montibus ad montes iusta Philæam, ab iis nempe, qui Arabici, ad eos, qui Lybici nuncupantur. Agger autem valido conficitur opere murario, quo aquas impidente, crescent, camposque operient ipsæ duobus milibus ac quingentis in quadro milliariis. Quæ igitur arida nunc desertaque penitus et germe destituta sunt, quævis loca virescent, ac efflorebunt, et nova Aegypti ubertas habebit quadrante maior antiqua.

Duces, quibus a Connaught nomen, auspices operi manus imposuerunt, murusque integer mille et quingentis passibus in integrum producetur, atque interdum hic illic tercentos in pedes efferetur, adhuc mille ac ducentis centenis milibus libellarum (francs).

Quinquennio absolvetur opus, murusque ipse ponte coronabitur, cuius per arcus aqua delaetur in praeeeps quoties abundaverit.

Par gigantum viribus opus, par anglicis diuitiis, quas tamen augebit uberrimorum fructus camporum.

Quam rectius in haec aurum effusum, potius quam in classes aeratas, et bellica tormenta! At etiam atrocis huiusmodi curanda sunt ad arcenos lupos!

O, nisi latrones hic essent et alibi, beata humana progenies!



Ius ad ebrietatem.

Respublica Michigan, ex America, pulcherrimam tulit legem, qua ebrietatis amatores vino, cerevisia, liquidis denique omnibus, quibus inebriandi vis est, abuti pro lubito possint, si tributum annum quinque dollarorum singuli aetatio pendant.

Hoc autem, praeter tributum venditoribus impositum, cauponibus, popinariis, pestilerisque huiusmodi.

Siquis autem ebrius inveniatur absque chirographo illo, quo magistratus ebrietatem permitat..., vae misero! Carcere, pecunia, tribulacionibus multatur sexcentis...; nulla indulgentia, nulla misericordia, nulla pietate minuentibus poenam.

Quid dicam? Laudo quidem Satis enim decoris est homini in petitione chirographi, satis incommodi in anima expensa, satis poenarum in sontes. Et quoniam satellites pro ebriis compescendis passim reipublicæ scribendi sunt (si enim causidicis credimus, omnes improbi, et malefici et sanguinolenti excusationem criminis ex ebrietate depositant), aequum est, ut ebriorum pecunia milites pro ebriis constituti alantur, ac retrubuantur.



Horologium giganteum in vaporitraharam statione Lyrplensi constitutum est, quo omnia horologia stationum, quæ in ferrea via Great Easter Railway, numero 624, moveantur.

Hoc electride motum presumimus; ac talis machinae perfectio est, ut, si qua perturbatio sit, usque ad quinquagesimum apicem secundi momenti illoco notetur, describaturque statio, in qua fiat.

Horarum tabula index metris sex et dimidio patet diametro; lancea notans horas septuaginta chilogrammatum pondo est; singulæ notæ momentorum notantur linea palmo humano aequa.



De vaccarum piscatione.

Ridetisne? An poema de vaccarum piscatione timentes circumspicitis arrepturi fugam?

Neque res digna risu, neque poematis cudendi nobis animus. Abesto a nobis tanti suspicio sceleris in lectores nostros humanissimos meditati.

Ita nuperrime fuit.

Lannelne-Sansons, Burdigalensis genere, satisque nomine notus, automobili, quem dicunt, curru vectus demigrabat vesperascente die ad oppidum Mérignac, cum repente auditi mugitus et clamores. Bonus animo festinat in locum unde illa. Vacca, nescio quo casu, in puteum coenosum ceciderat, frustraque conantibus domino et villicis ut eruerent, quasi auxilium et ipsa mugitibus implorabat.

Lannelne illi aliiquid affulget animo. Nec mora. Funibus opportunis vaccam praecingens, has curru addit suo, ita tamen productis, ut impetus vis rapiditate augeretur. Cursui repente se dedit. Mox trahi sensit se vacca, conatur et ipsa validius; e cisterna egressa est.

Felix, qui tali piscatione superbus et gloriosus abibis! Miser, cui ex tanta praeda ne cornua quidem relicta sunt ad trophaeum!

P. d. V.

T. G. FRATRUM PARISI Candelarum ad Sacra Opificium praemiis insigne

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM



* ROMAE in ITALIA *



In Foro Campi Martii, 6



Singulis in artium recognitionibus publice habitis
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione
solemne sit, suppeditat.



Nullo impendio iubentium res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asseruantur.

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.



Praecipua Templa cereis instruit ubique ter-
rarum. In Asiam, Africam et urbem Constantino-
polim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera,
pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur
onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit
francs 250 pro 100 Chilogramm.

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

* Typis DESCLÉE, LEFEBVRE & S.
nuperrime prodierunt *

Praelectiones de Deo Uno

QUAS AD MODUM COMMENTARII

IN SUMMAM THEOLOGICAM DIVI AQUINATIS

HABEBAT IN COLLEGIO S. ANSELMI DE URBE

Laurentius Ianssens, S. Th. D.

Monachus Maredsolensis (Congr. Beur.), eiusdem Collegii Rector
S. Indicis Congr. Consultor.

Tomus II (I. - QQ. XIV-XXVI) - Lib. 7.50.



VOX URBIS

MONITUM

De litteris et bonis artibus com-
mentarius

Jis omnibus qui in posterum inter commentarii socios recenserí volent

Subnotatio extraordinaria

indicta est a Kalendis Novembribus 1899 usque ad expletum annum 1900

nihil annuae subnotationis immutato pretio

recto tramite mittendo ad Aristidem Leonori equitem

ROMAM (Via Alessandrina, 87)